



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Bonis Operibus Docto. Martini Lutheri Liber**

**Luther, Martin**

**Vuittemberge, 1521**

**VD16 L 7151**

Qvinto.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-3333**

Et paruum adeo vile, ut culmū tollere. Si eterō desit vel fiducia v*p*  
spes ad deū, tum opus non est bonū, etiā si omnes mortuos re-  
fusceret, & homo sese cōburendum permittat. Sic S. Paulus ad.  
Rō.14. docuit. Omne quod non est ex fide peccatum est. Nā a fide  
& nullo alio opere hoc nomine ornantur ut Christi fideles vo-  
cemur, velut a primario opere. Siquidem omnia reliqua opera  
etiam Ethnicus, Iudeus, Turca, peccator possit facere, Sed confi-  
dere & credere firmiter, se deo placere, nō est possibile, nisi Chris-  
tiano, gratia dei & illustrato & confirmato. Verum huiusmodi  
sermones raros esse, & me a nō nullis hoc nomine hereticū accu-  
sari, ideo sit quod cōcam rationem & ethnica scientiam secuti. Fides nō est  
fidem posuerunt, non supra sed iuxta alias virtutes, attribuentes sterēs & o-  
ci peculiare & propriū opus, separatū ab omnibus alijs operib⁹ cōfusus habi-  
reliquarum virtutum. Quium tamen fides sola omnia reliqua tu⁹.  
opera faciat ut bona, ita accepta & dignata in eo quod deo confi-  
dit, & non dubitat, coram ipso bene factum, quicquid homo fa-  
cit. Imo non permiserunt fidem opus manere, sed ut ipsi lo-  
quuntur, ociosum habitum ex ea fecerunt, quamvis tota scriptura  
sacra nulli operum nomen diuinī boni, præterq; soli fidei tribu-  
ente. Itaq; non est mirum, eosdem ipsos & cōcos & cōcorum  
ductores factos esse. Hęc enim fides statim secum ducit, ut cha-  
ritatem & pacem, ita gaudium & spem. Nam quicunq; deo crea-  
dit & confidit, eidem statim & sanctum dat spiritum, teste S.  
Paulo ad galatas dicente. Accepistis spiritum, non ex vestris bo-  
nis operibus, sed quod verbo dei credidistis.

### Q VINTO.

¶ In hac fide omnia opera sunt paria & equalia, & vnum al-  
terisimile est. Tum concidit omnis differentia operū, siue mag- Differentia  
nali siue partia, siue longa, siue brevia, siue multa, siue pauca. operū nulla  
Nam opera sunt deo gratiā in seipsis, sed propter fidem, quaē est, nisi per  
sola & vniuersa, & indiscriminatim in vniuersis & singulis est ope- fidem.  
ribus, operatur & vivit quam multa & differentia fuerint, no n  
secus atq; omnia membra capitis beneficio viuunt, operantur,  
& nomen habent. Et sine capite nullum membrū nec viuere,  
nec operari, nec nomē habere potest. Ex quo amplius & hoc  
sequitur, Christiano in hac fide viuenti non esse opus doctore  
bonorum operum, sed facere quicquid in manus eius venit. Et  
omnia bene facta sunt, sicut sanct⁹ Samuel ad Saulē dicebat.  
In alium virum mutaberis quando sp̄ritus domini in te venerit  
Tunc fac quod in manus tuas veniet, deus tecum est. Ita  
legimus etiam de Sancta Anna Samuelis matre, quando

fæceroi Heli credidit dei gratiam promittenti, hilarem & pacatam domum reuersam, neq; faciem eius posthac in diuersa misericordia, hoc est, ipsi postea omnia vnum idemque, & cum ea eadem, & æqualia esse facta, in quecumque incidit. Sanctus quoque Paulus dixit, omnia esse libera vbi spiritus dei sit. Nam fides non per operem seipsum, nec vultus alligari operibus, neq; rursus sibi villa adiunxit opera. Sed quemadmodum in primo est Psalmo, fructum suum dabit in tempore suo, hoc est, ut cuncti & venient & ventur.

## SEXTO.

Exemplum doceat quid sit fides.

¶ Quod crassum & carnali exemplo nobis videre licet. Vbi vir vel femina, sibi de altero gratissima & amicissima quaque persuader, idque constanter credit, quis tum eos docet, quod sepe generaliter facere, omittere, dicere, racere, cogitare debet? Sola enim & unica fiducia inserviat eum omnia, & plusquam necesse sit. Tum nihil habet in operibus discriminis. Facit magna, longa, multitudinib; libenter, quam parua, brevia, pauca. Et ediuerso. Ad haec hilari, pacato, securo corde, & est profus liberi animi. Vbi vero aliquid est dubitationis, tum exurgit & nascitur quid optimum sit, tum incipit differentia operum se depingere, quibus modis possit gratiam consequi, & tamē sic quoque graui corde, & magna cū molestia accedit, pene captiuus, & plusque dimidio deplorans desperatusque, & saepe sub haec stulteſtit. Ira Christiani homo in hac erga deum spem & fiduciam viuere, scit omnia, potest omnia, conatur omnia facienda. Et omnia facit hilariter & libere, non ad aggreganda colligendaque multa bona merita, & opera, sed quod ipsi iucundum & voluptas est, deos sic bene placere, & pure deo gratis seruire, hoc vno contentus quod deo placeat. Et tursum, qui dubitat vitrum placeat deo, q̄rit & curat solicite quomodo velit satisfacere, & deinceps multis operibus mouere. Is curit ad S. Jacobum, Romam, Hierosolymam, huc & illuc, vltro circos, orat. S. Brigittæ orationes, hoc & illud, ieunat hunc & illud diei confitetur hic, confiteur ibi, interrogat hunc & illum, & tamen interim requiem & tranquillitatem non inuenit, haec omnia cum magna faciens molestia, dubitatione, & indignatione cordis sustinet. Adeo, ut scriptura eiusmodi bona opera hebraice nominet Aduen Amal, que alia lingua fatigationem & laborem dixeris. Nam vero ne bona quidem sunt opera, & omnia perdita, omnia vanata & inania. Proinde multi sub haec ita insanierunt, ut preangere in nullas non calamitates inciderint. De quibus est Sapientia. V. Lassati sumus in via iniqutis, & peccatis, & ambulauimus vias difficiles, vias autem domini ignorauimus. Et sol iustitia non illuxit nobis.

Septimum